



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Censvra Reverendissimi Patris Avgvstini A Castro Societatis Iesv, Regiæ  
Maiestatis Prædicatoris, Consiliarij Tribunalis S. Generalis Inquisitionis, &  
Doctoris Cathedratici Politicorum in Regie ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

CENSURA REVERENDISSIMI PATRIS  
**AVGVSTINI A CASTRO**  
 SOCIETATIS IESV, REGIÆ MAIESTATIS  
 Prædicatoris, Consiliarij Tribunalis S. Generalis Inquisitionis,  
 & Doctoris Cathedratici Politicorum in Regiæ  
 Maiestatis studijs.

D O M I N E.

**D**E mandato T. Celsitudinis vidi homilias super Evangelia, quas scripsit Fr. D. Hieronymus Baptista de Lanusa S. Ordinis Prædicatorum Religiosus, Episcopus primus Barbastrensis, deinde Albarrazinus, & quod ante obitum suum illi adiuuavit: nec meo quidem suffragio tantum illis debetur approbatio, quantum operis auctoris elogium. Opus hoc celestis sciet doctrina, desumpta ex SS. literis, & antiquis Doctõribus ac Ecclesiæ Patribus, adeo copiosum est in omni eruditione, ita sublimibus abundat in Dei rebus sensibus, tot insignes grauesq; habet conceptus, & obiecta profert ad virtutem adeo præclara & efficacia, ut pauca possint illi opera comparari, nulla vero præferri. Lux ingenij qua intellectum illuminat, & flamma qua voluntatem accendit, specialem loquuntur S. Spiritus assistentiam qua vir ille omnium memoria venerabilis effulsit, ad prædicandum, ditandum & postmodum imprimendum viuas adeo exhortationes, solidas veritates, & argumenta adeo fortia, quibus omnes status homines in sui irahat obligationem sibiq; denunciat se vel ullus.

Non minus docta & pia debet hac esse doctrina cum talis sit tantusq; eius Auctor, ut ex eius nomine Lector spem concipiat fructuum cum salutarium, tum abundantium, quos ex scriptorum eius colligit studijs: quandoquidem se discipulum reddat non tantum sapientissimi Theologi, & Prædicatoris Apostolici, sed etiam Prælati pietate morumq; integritate celeberrimi nam in Ecclesia memoriam renouauit D. Ambrosij & D. Augustini potestq; hanc nostris hisce temporibus gloriam & sanctitatis opinionem adipisci, quam maxima Ecclesia luminaria consecuta sunt. Ita suo tempore testabuntur quidam, ante & post mortem eius qua Deus, ut fama refert, per illum operari dignatus est, sed debita S. Sedi Apostolica reuerentia nobis silentium eorum indicit, donec ipsa diffinitæ causæ, cuius iam principium dedit, illum proponat Ecclesiæ venerandum.

Et quamuis opus hoc, quando ipso adhuc supersite, prælo datum fuit, non tantum omnium fuerit acclamatione receptum, sed etiam admiratione, hodie tamen totaliter nouum est, propter additiones, qua modo revidentur suntq; in tanto numero, ut trecenta superent folia, & tales ut non tantum sibi vendicent auctoritatem & estimationem, sed eandem etiam antiquo tribuant operi. Et hoc cum illo collatum omnino nouum est, tali etenim ingenij doctõritate artiq; industria Auctor illas inter se copulauit, & annexit: ut vnum sine altero legi non possit, & si prius posteriori coniungas, consonantiam efficiunt suauissimam qua nobis gaudere non licuisset, si separatim Additiones fuissent expositæ: cum in hoc prælati ille doctõrissimus, optimus ostenderit modum adiungendi. T. placent igitur Celsitudini mandare, ut sicut eius memoria, ut pie credimus, in conspectu Dei est immortalis, quam illi in gloria sua concessit, locum meritis illius congruum emendatissimi, etiam immortalitatem studiorum eius excussa noniscantur, quatenus eorum consilijs & exhortationibus plures socios illi æterna eius beatitudinis adiungamus. Datum in Collegio Imperiali Societatis Iesu Madriti, Octauo Idus Nouembris: Anno Verbi Incarnati 1632.

Augustinus à Castro.

CEN.

Augustinus à Castro